

I V S T I L I P S I  
E P I S T O L I C A  
I N S T I T U T I O,

Excepta è dictantis eius ore, Anno 1580. I<sup>o</sup>.  
LXXXVII. mense Iunio.

*Adiunctum est Demetrij Phalerei eiusdem  
argumentis scriptum.*

EDITIO VLTIMA.



A N T V E R P I A,  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Viduam & Filios Ioannis Moreti.

C I D. I D C. X I V.

*Cum Priuilegiis Cesareo & duorum Regum  
& Principum Belgarum.*

IVSTI LIPSI  
E P I S T O L I C A  
I N S T I T V T I O.

C A P V T . I.

*De nominibus varijs Epistola: & de formâ apud veteres.*

**E**PISTOLA quâ recte & laudabiliter scribatur, præire mihi propositum iuuētuti. sed compendio: ad usum, non ad speciem: nec ut omnia quæ ad rem, sed quæ in rem maximè dicam.

EPISTOLAE Græcanicum nomen est, τετραγωνικόν, quasi *Missoriam* dicas: (Isidorus in-  
terpretatur *Missam*) sed in veteri tamen Latinorum usu: & Plau-  
tus aliquoties usurpat, & Afranius comediam etiā quamquam,  
*Epistolam* inscripsit. V mediâ Politianus & nonnemo hodie scri-  
bunt, freti auctoritate librorum & lapidum, in quibus crebro sic  
reperias: sed, nisi fallor, numquam ante Vespasiani æcum. Et per  
Osanè rectius scripseris magisque ἀνάλογος. Alijs etiam nomini-  
bus prisci appellauere, *Litteras*, *Tabulas*, *Tabellas*, *Codicillos*. Lit-  
teras, (poëtæ etiam *Litteram*,) ob eminentiam, & quia hoc genus  
creberimi inter litteras omnes usus: Tabulas, Tabellas, Codicilos à materie; quia ante chartæ & membranarum usum ( Isido-  
ri verba cito) in dolatis ex ligno codicellis epistolarum colloquia scribe-  
bantur. Vnde & portatores earum Tabellarios vocauerunt. Quæ  
transcripta monco ex Hieronymi epist. XLII. Festus eideem rei:  
*Tabellis*, inquit, pro chartis vtebantur antiqui; quibus vlerò citroque  
certiores absentes faciebant: vnde adhuc *Tabellarij* dicuntur; & *Tabel-  
lae missæ ab Imperatoribus*. Inde Plautus *Epistolam* circumscribens  
Pseudolo:

*Perceram & lignum, inquit, litterasque interpretes.*

Et paullò post:

*Pro ligneâ salute ruis argenteam remittere illi?*  
Eiusmodi Tabule Homero etiam nota: apud quem Proetus lit-  
teras

ΕΚ ΤΩΝ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ EX DEMETRII

ΦΑΛΗΡΕΩΣ

PHALEREI

τοῖς

DE

ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.

ELOCUTIONE.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Πτισολίδης  
χαρακτὴρ δεῖται ἵχνονθι,  
καὶ τοῖς αὐτὸς λέξοιμον. Αρ-  
τέμιον μὲν τὸν, ὁ τὰς Αἰεισο-  
τέλες αἰαγράψας Πτισολίδης,  
Φυσιν, ὅποιας εἴ τοι αὐτῷ τρόπῳ  
διαλεγόντες τε γράφεις οἱ Πτισο-  
λίδης· εἴναι γὰρ τὸν Πτισολίδης,  
αὐτὸν τὸ ἔτερον μέρος τοῦ διαλό-  
γου. Εἰλέγει μὲν πίστως, εἰ μή  
ἀπται. δέ τι γὰρ τῶν κατεπιθύ-  
μων πάσι μᾶλλον τοῦ διαλόγου  
τὸν Πτισολίδης· οἱ μὲν γὰρ, μη-  
μέτται αὐτοχειρίζονται· οἱ δέ,  
γράφεις καὶ διαλέγοντες πέμ-  
πεται τρόπον τινά. τις γοῦν  
ἔτως αὐτοῦ διαλεχθῆ περὶ φί-  
λον, ὥστε ὁ Αἰεισοτέλης  
περὶ Αἰτίπατρον, τούτορες  
φυγαδῶν γράφων τοῦ γέρον-  
τος, Φυσιν; Εἰ δέ τοι τοις αὐτό-  
τας οἱ χειράτας φυγαδές,  
ώσε μή καταγεῖν, διλογεῖς  
τοῖς γε εἰς αἷς κατελθεῖν  
βαλομένοις, εἰδεὶς φεύγοντο.

QVONIAM verò et Epis-  
tolicus character Exilitate  
indiget, etiā de ipso dicemus.  
Artemo igitur, is qui Aristote-  
lis epistolæ collegit et cumul-  
gauit, ait eodē modo oportere Dialogum & Epistolæ  
scribi. Esse enim epistolam  
quasi alterā Dialogi partem.  
Et aliquid quidem dicit, non  
tamen omnia. Oportet enim  
epistolam paullo magis ador-  
nari et quasi exstrui, quam  
Dialogū. Iste enim imitatur  
neglegenter et ex tempore di-  
centem: illa autē scribitur, et  
aliquo modo mittitur quasi  
donum. Quis igitur ita ser-  
mocinetur cum amico, sicut  
Aristoteles ad Antipatrum,  
super sene quodā exsule, scri-  
bēs ait? Si verò ad omnia ex-  
filia iste ita abijt, ut non redi-  
cetur: manifestū est, quod ne-  
mo inuidet ira ad inferos vo-  
lenti-